




**Ducentae paucorum istorum et quidem clarissimorum Christi
verborum : Hoc est Corpus meum; interpretationes quibus
continentur vocum novitates, deprevationes, errores,
haereses, contra dictiones atque inventiones istorum
Theologorum, qui Euangelico nomine gloriantur, sacrilegae:**


<https://hdl.handle.net/1874/427271>

ga

6




DVCENTÆ
PAVCORVM
 ISTORVM, ET QVIDEM
 CLARISSIMORVM CHRISTI
 VERBORVM:
 Hoc est Corpus meum;
 INTERPRETATIONES:
QVIBVS CON-
TINENTVR VOCVM NO-
VITATES, DEPRAVATIONES,
 errores, hæreses, contra dictiones atque inuen-
 tiones istorum Theologorum, qui Euan-
 gelico nomine gloriantur,
 sacrilegæ:
 Ex proprijs ipsorum scriptis fideli-
 ter collectæ, à
M. CHRISTOPHORO RA-
SPERGERO ANRASATENSI.
 M. D. LXXVII.



I. COR. XIII.

Non dissensionis
Deus, sed pacis.



PRÆFATIO AVTORIS.

*AVDITE COELI, ET OB-
STUPESCE TERRA.*



HOC, PAUCIS ABHINC
annis, post detestabilē ac pesti-
ferā BERENGARII hæresin
sopitā atq; extinctā, rursus hac
extrema infelicis mundi sene-
ctute, VERITAS CORPO-
RIS ET SANGVINIS DO-
MINI NOSTRI IESV CHRI-
STI, à quibusdam insolentis

bus atque turbulentis hominibus in controuersiam
uocari cœpit. Atqui DEVS Opt. Max. iusto suo ius-
dicio uertiginis spiritum in medio illorum misit, ac
linguas illorum, non secus atq; olim Babylonice Tur- Gen. 11.
ris ædificatorum, ad eod confudit & dissipauit, ut uariis
inter se opinionationibus totisq; quod aiunt, castris in
re Christiana dissideant, Andabatarum more, perpe-
tuò pugnent, suas de religione sententias, commens-
urationes ac responsa, quæ interim pro fidei regula ias-
tant atque uenditant, tanquam in exercitu milites
symbola & tesseras, indies commutent, multas de fide
leges figant atq; refigant, & tandē eodementiae pro-
lapsi, neque semetiplos amplius, neq; sese inuicem, aut

P R A E F A T I O A V T O R I S .

quid loquantur aut sentiant , prorsus agnoscant uel
intelligent. Ut mille distractiones atq; dissensiones
alias taceam , numerare profectò licet plusquam du-
centas ab istis , qui de expresso DEI uerbo , & uano
Euangelii nomine mirificè gloriantur , haud ita pri-
dem exortas , sibi tamen inuicem repugnantes , ac fœ-
dè inter se dissectas paucorum illorum clarissimorum
CHRISTI uerborū: HOC EST CORPVS MEVM,
interpretationes , quas in hoc libello , ex diuersis isto-
rum quinti Euangelii buccinatorum scriptis fideliter
collectas , uniuerso orbi ante oculos proponere uolui,
ut uel serò tandem , Phrygum more , tot horrendis dis-
sidiis , turbis , conflictationibus innumerisq; malis ex-
doctus sapere incipiat , & imposturas ac fraudes isto-
rum improbissimorum planorum perniciosissimas
cane peius & angue omnino fugitet. Meo sanè iudic-
icio nequaquam esset mirum , si cœlum expauesceret,
terra contremisceret , adeoq; omnes creaturæ , tot ac
tantas in Christum eiusq; augustissima Sacramenta
blasphemias , & tot horribiles contumelias Sanctæ
Matri Ecclesiæ nefariè ac petulanter impositas , uisibili
aliquo signo execrarentur. Tu Christiane Lector , si
uere æternæq; salutis es cupidus , hos nostros con-
natus boni consule , exitiales hæreses dete-
stare , atq; intimis sensibus tuis
DEVM precare pro
nobis.

VOCVM NOVI- TATES, DEPRAVA- TIONES, ERRORES, HÆE-

*reses, contradictiones & inuentiones ho-
minum sacrilegæ, super uerba
Christi:*

Hoc est Corpus meum.

CAPVT I. COMPLE- CTITVR MUTATIONES ET

*transpositiones uerborum in
textu.*



IC, SIVE IN HOC LOCO, EST
Corpus meum: ne sit identica propo-
sitio, Biblia Gallica Geneuæ: & notan-
tur ab Heidelberg. in Conformit.

Hic est Corpus meū, pro hoc, quia
Hebræi careant neutro genere: Hæc mutatio textus
facta est, vt facilius subintelligi possit uocabulum pa-
nis. Luther in captiuit. Babyl. & Bremenses notantur
à Caluino in ult. admonit. contra VVestphal. & in
Epit. Mulbrun. Colloquijs.

Hoc est sanguis meus, pro hic, quia in Græco
habeatur τὸντο ὅστι τοῦ αἵματος, quasi τὸντο aliud demon-
stret, quàm sanguinem, Beza in annot. in nouum Te-
stamentum.

Cap. I. De mutationibus uerborum in textu.

- III. In meo sanguine, quod pro uobis effunditur. Beza, ut est apud Illyric. de test. Christi, dicit, aut esse sollicitissimum, ut referatur ad sanguinem, aut totam particulam, quod pro uobis effunditur, suppositam esse.
- V. Corpus meum est hoc, Suenckfeldius legit, ut uocabulum hoc, panem demonstrat: citante Heshusio, & Petro Martyre in magno uolum.
- VI. Corpus meum est hoc, quatenus mensæ accumbit. Carolstad. in Dial. de Eucharistia.
- VII. Corpus meum est hoc, id est, cibus spiritualis, ut Ioan. 6. dicitur: Caro mea uerè est cibus. Ioannes Langus in comment. ad Apol. 2. Iustini.
- VIII. Corpus hoc meum est, ut dixit, destruite templum hoc, quasi demonstraret Corpus suum in naturali statu & subiecto. Pontanus in Francia Antarc. citante Villagagnone lib. de Eucharistia.
- IX. Accipite, edite, quod pro uobis datur, est Corpus meum, Notatur à Luthero in Confess. de Eucharistia, Calvin. in 2. defens. contra VVestphalum.
- X. Hoc est Corpus meum, quatenus pro uobis datur, Zuinglius in quadam epistola, & Oecolamp. ad Theobald. Billicanum,



CAPVT II. COMPLE- CTITVR TRANSFORMATIO

nes & deprauationes pronos
minis,

Hoc.



HIC PANIS, PROPRIE AC SINE
figura, est Corpus meum. Luther. de ca-
ptiuit. Babyl. Heshuf. & Bremenses,
vt notantur in iudicio Melanchtonis
de cœna.

XI.

Hic panis est Corpus meum, Sa-
cramentali locutione & coniunctione, per Metonymi-
am signi & signati. Calvin. & Beza, in Heshuf.

XII.

Hic panis est Corpus meum, vt significet, res in-
ter se vere coniunctas. Martin. Kemnit. in repet. de
cœna, & in exam. part. 2. contra Concil. Trident.

XIII.

Hic panis est instrumentum, quo Christus nobis
suum Corpus distribuit. Calvin. lib. de cœna,

XIIII.

Hoc, id est, panis, est Corpus meum. Paulus E-
berus in confess. de cœna Domini.

XV.

Frustulum panis, ac poculum vini, est Corpus me-
um, & sanguis meus. Petr. Martyr. in lib. Iudic.

XVI.

Hoc, quod scilicet demonstrabatur, est Corpus
meum. Idem, in Dial. de vtraq; Christi natura.

XVII.

Magnopere commendo illorum fidem, qui expli-
cant, hoc, id est, Corpus meum, demonstratiue, nec re-
ferunt quidquam in his verbis ad panem vel Euchari-
stiam. Zuinglius de vera & falsa relig.

XVIII.

In, sub, cum pane, est Corpus meum, vt pillula in
ouo, vel serina in pastillo. Brentius cum Sueuicis mi-
nistris in Syntag. contra Oecolamp. Vnde & pastilla-
rj fuerunt appellati.

XIX.

Est in

Cap. III. De additionibus

xx.

Est in pane, vel cum pane Corpus meum, ut non intelligatur locus aut tempus, sed externum cœnæ subiectum, remotum à Christi corpore, quod cum illo, vel in illo edi dicitur, non tanquam in illo existens, sed tanquam obiectum, cœnæ actionibus circa panem exercitis. Ioan. Matth. Schmalcad. lib. de cœna.

xxi.

Cum pane est Corpus meum, ut (cum) non sit præpositio, sed aduerbium temporis, & significet Corpus capi, quando capitur panis. Guiliel. Klebit. lib. de cœna: & Brandeburgenses, ut habetur in disput. Heidelbergæ habita, Anno 1560.

xxii.

Hic cibus, pane & corpore constans, est Corpus meum, ut sit propositio Sacramentalis, & duas res simul coniunctas demonstret. Matth. Illyr. in append. Valentini Erythraei in tabul. Confess. Aug.

xxiii.

Circa panem est Corpus meum, ut aër circumfusus. Svvenckfeld. de dupl. statu Christi. Notatur à Luthero in Confess. Eucharistiæ.

xxiiii.

In hac actione, non tamen in pane, est & exhibetur Corpus meum. Bucer. in suis retractat. Heidelberg. in Conformit.

CAPVT III. COMPLE-
CTITVR MUTATIONES VEL
additiones ad uerbum,

Est.

xxv.



IC PANIS SIGNIFICAT COR-
pus meum. Zuinglius passim. Bernar-
dinus Ochinus de cœna Domini contra
VWestphal. Beza contra eundem.

Hoc

ad uerbum EST.

Hoc est Corpus meum, id est, hoc repræsentat
Corpus meum. Zuinglius in 1. Cor. 11. xxvi

Hoc est Corpus meum non absolute, & in actu
primo, sed in actu secundo, & in operatione & ener-
gia. Schegkiius, in resp. de duab. naturis in Christo. xxvii

Hoc est Corpus meum, non in proprio subiecto,
nec in panis subiecto & materia, sed in obiecto cœnæ
& actionum eius. Ioan. Matth. Schmalcad. lib. de cœna.
Svvenckfeld. citante Heshusio. xxviii


Hoc est Corpus meum, per transsubstantiationē,
vt Papistæ dicunt: Id enim testatur Canon Missæ apud
illos, in quo aperte orat Sacerdos, vt pane mutato
ipsum Corpus Christi fiat: & Bulgarus scriptor, vt no-
bis videtur, non stultus, disertè inquit, panem non
tantùm figuram esse, sed verè in carnem mutari. Hæc
sunt verba apologiæ Augustanæ Confess. primæ edi-
tionis, de qua Heshuf. Hunc apologiæ errorem repu-
dio atq; damno. Heshuf. de præsentia Corporis Christi
in cœna. Notandum, quòd vsq; ad annum 1530. Lu-
therani transsubstantiationem communiter docuerunt,
& simul Eucharistiæ adorationem. Quam sententiam
ego hîc non vt errorem, sed vt contradictionem cate-
ris omnibus ex diametro repugnantē refero: & in pri-
mis illi sententiæ Lutheri, quando dicit, panē & vinum
transsubstantiari in Sacramento, articulum fidei esse à
Papa conditum contra bullam Leonis, art. 27. xxix

Hoc Sacramento significatur Passio & mors
mea ac communio cum omnibus sanctis. Bulling. in
tract. de Eccles. Sacramentis. xxx

Hoc symbolum est & testificatio, quæ spirituales
gratias præfiguratur. Calvinus in Catechis. Multa huius
generis paulò infra citabuntur. xxxi

- XXXII. Zuingliani comparant propositionem: Hoc est Corpus meum, cum illa Geneseos: Septem vaccæ, sunt septem anni, ex cœna Christi somnium faciētes. Kemnitius de cœna Domini.
- XXXIII. Hoc est Corpus meum, qualiter & in veteri paschate & manna illud filij Israēl comederunt, Bulling. contra Schmidelinum.

CAPVT III. COM-
 PLECTITVR INTERPRETA-
 tiones & additiones ad uo-
 cabulum,
 Corpus.

- XXXIII.  OC EST SYMBOLICVM COR-
 pvs. Petr. Martyr & Calvin. passim.
- XXXV. Hoc est figura veri corporis. Zuingl.
 in præfat. ad regem Gallix & alibi.
- XXXVI. Hoc est Corpus meum, id est, com-
 memoratio corporis, quod pro vobis
 datur. Idem in 1. Cor. 11.
- XXXVII. Hoc est Corpus meum, ibi, ubi est panis. Calvin.
 lib. 4. instit. cap. 17. & in 1. Cor. 11.
- XXXVIII. Hoc est Corpus meum, id est, signum corporis
 mei. Sephan, Malescot. aduersus Iesuitas, & Calvinistę.
- XXXIX. Hoc est Corpus meum, id est, Sacramentum cor-
 poris mei. Hugonotæ in Gallia.
- XL. Hoc est Corpus meum, visibile Sacramentum in-
 uisibilis corporis. Falsò hoc glossema attribuitur Ma-
 gistro sententiarum, à libro Anonymo, sub persona
 veri Catholici, editio 1572.

aduocabulum CORPVS

Hoc est Corpus meum, speciali modo existens in pane ad edendum, cum aliàs vbiq̄ue sit. Brentiani in disput. de omnipresentia carnis Christi, contra Bullingerum & alios. XLII.

Hoc est Corpus meum, omnipræsens, & diuinas omnes proprietates habens. Ibidem. XLII.

Hoc est Corpus meum panem. Campanus à Luthero notatus in confess. de Euchar. qui hanc interpretationem à Marcione sumpsit. XLIII.

Hoc est Corpus meum, idest, hic panis est corporalis creatura, à me creata: ideo appello eam Corpus meum. Idem Campanus, citante Erasmo Albero contra Carolstad. XLIII.

Hoc est Corpus meum, sub ratione immolationis. Carolus Molinaeus in annot. ad suam harmoniam. XLV.

Hoc est Corpus meum, quod do vobis animo edendum, sicut panem ore. Petr. Martyr in tractat. de Euchar. Bucer. in cap. 26. Matth. XLVI.

Hoc est Corpus meum in diuinitatem transformatum. Svvencckfeld. de dupl. statu Christi, de quo & Seruetus à Beza notatur. XLVII.

Hoc est Testamentum in corpore meo. Heidelberg. in conformit. & Calvinus sæpe. XLVIII.

Hoc est abstractum quid à substantia corporis mei. Calvinus in ratione ineundæ concordia. XLIX.

Hoc est Corpus meum sine diuinitate & sanguine. Post Nestorium, omnes nostræ ætatis negantes concomitantia naturarū in Sacramento, ne admittant comunionem sub vna specie, & eiusdem adorationem. Calvin. libro 4. instit. cap. 17. & Agenda German. VVirtenberg. Anno 1555. edita, negant Brentiani tantum esse sub altera specie, quantum sub vtraque. L.

LL Hoc est Corpus meum, vt cum illa sancta carne & sanguine Diuinitas non sit inseparabiliter coniuncta: Potest enim adesse Corpus sine sanguine, anima & diuinitate. Bernardinus Ochinus de cœna Domini contra VVestphal,

CAPVT V. DE VERBORVM CLAVSVLIS SVBINTELLIGENDIS, in uerbis Christi;

Hoc est Corpus meum.

I. CLAVSVLA.

SI A FIDELIBVS VEL A DIGNIS RECIPIATVR.

LII.



HOC EST CORPVS MEVM, SI à fidelibus recipiatur, etiam si reprobis, dummodo non Epicuræis, profanis & penitens infidelibus, quia hi sola Symbola percipiunt. Paulus Eberus in Confess. cœnæ Domini.

LIII.

Spiritualiter & sola fide, à solis fidelibus Christum sumi, offerri tamen etiam impijs. Beza de omnipræs. carnis.

LIIII.

Hoc est Corpus meum, si fides adsit, sin minus, oblatio, quæ recusatur ab indignis, Calvinus passim. & hypothetici nominati ab Vnicordio in iudicium Melanchtonis.

Hoc

Clauſulis ſubintelligendis.

Hoc eſt Corpus meum, etiam quando ab indignis manducatur, ſi nomine indignorum intelligantur homines, qui præditi quidem ſunt vera fide, ſed imbecilliori, & qui vitæ ſunt ſolutioris, quàm deceat Chriſtianum hominem. Hieronymus Zanchus in miſcel. LV.

Contra has ſimilesq; ſententias, rectè Lutherus ſcribit in hæc verba: Pro hæreticis & proſcriptis ab Eccleſia Dei ſeriò habemus Zuinglianos, & omnes Sacramentomanitas, qui negant in venerabili Sacramento altaris, à dignis & indignis, ore corporali Corpus & ſanguinem Chriſti ſumi. Luther. libello edito Anno. 1545. art. 27. & citatur à Svvencckfeldio. LVI.

II. CLAUSULA.

IN VSU TANTVM, SEV
ACTIONE AVT MAN-
dicatione.

HOC EST CORPVS MEVM IN PANIS VSU, id eſt, quamdū ſumitur, in eo eſt Corpus meum. Lutherani & Bucerani in Colloq. VVitteb. & in concordia Anni 36. LVII.

In cœna Dominica, non tam præſentiam, quàm diſpenſationem corporis & ſanguinis Chriſti agnoſcimus. Schmidel. in diſp. Tubing. Anni 1564. cap. 55. LVIII.

Et rectè dictum eſt, extra vſum à Chriſto inſtitutū, nihil habere rationem Sacramenti. Ibid. cap. 81. LIX.

Corpus Chriſti non eſſe, antequàm manducetur. Vſum, eſſe ipſam manducationē. Matth. Illyr. in apol. confeſſ. Antwerp. LX.

Eſſe Corpus Chriſti, etiam antequàm in os veniat. LXI.

Vsum enim ipsam actionem sacrificij esse. Kemnit. contra Concil. Trid.

LXII.

Sumatur, inquit Brentius (in Paschate ubi decē aut. 20 millia cōmunicant) vasculum vsitarū, & si euacuatū fuerit, iterum impleatur: Omne enim vinū, quod in cœna Domínica porrigitur & sumitur, sanctificatum est, verbo Domíni, in sanguinem eius. Brentius peric. 2. apol. cap. de Euchar.

III. CLAVSULA.

POST CONSECRATIONEM, NON TAMEN UT PAPIÆ de consecratione sentiunt.

LXIII.



MINISTER CONSECRARE DICITVR, cum uerborum institutionis recitatione, primam consecrationem ab ipso Christo factā, Ecclesiæ in memoriam reuocat. Schmidel, in disput. Tubing. anni 64.

LXIII.

Theatrica uerborum cœnæ decantatio, vim consecrandi in se nullam continet: quod Patres dicunt, sanctificationem & mysticam benedictionem, ad totam actionem est referendum. Ioannes Lascius contra V Vestphal.

LXV.

Rectè dici, uirtute uerborum Christi, consecrari panem & uinum, uirtute uerborum Christi panem fieri Corpus, calicem sanguinem Christi, probat V Vestphalus ex concordí Patrum doctrina, lib. Recta fides de cœna Domíni. Interim tamen panis & uini substantiam idem in Sacramento manere uult.

Nimis

Clausulis subintelligendis.

Nimis reuerenter loquuntur veteres, vtentes Phra-
si illa: Sacerdotes proprio ore Christi Corpus confici-
unt. Magdeburgici, cent. 4. cap. 7. LXVI.

Nihil aliud est consecrare, quàm rem vulgarem
& prophanam sacro & diuino vsui dedicare. Bernar-
din. Ochinus de cœna Domini contra V Vestphal. LXVII.

Nihil aliud est consecratio, quàm solenne testi-
monium, quo nobis terrestre & corruptibile signum
Dominus in spiritualementem vsu destinet, quod fieri non
potest, nisi clarè ad fidem ædificandam resonent eius
mandatum & promissio. Calvinus in harmonia, supra
verba: Hoc est Corpus meum. LXVIII.

Nonnullæ Ecclesiæ absoluta communione, quod
reliquum est vini, tanquam si consecratum non sit,
domum deportari, ibiq; à quolibet exhauriri sinunt:
misceri quoque cum altero vino, quod tamen cum
nullo seculorum omnium exemplo fiat. Luther. Epist. ad
Volserinum acriter reprehendit. LXIX.

Forma consecrationis Monasteriensium Ana-
bapt. Accipe, ede, memento Domini. Eras. Alber, lib.
2. contra Carolstad. LXX.

III. CLAVSULA.

NON TAMEN ESSE
ADORANDVM, SVB SPE-
cie panis.



C FATEOR QUIDEM, QVOD QVEM-
admodum Deus quondã erat adorandus ad
arcã ppitiatorij, quia receperat se ex ppitia-
torio LXXI.

torio mandata sua daturum, non autem erat adoranda
 arca ipsa, ita & Christus filius Dei adorandus sit ad pa-
 nem Dominicæ cœnæ, quia promisit se ibi Corpus su-
 um distributurum: non autē adorandus est panis ipse,
 quòd etsi ibi est Corpus Christi, tamen hoc non sum-
 pfit pane in vnitatem personæ, sicut filius Dei as-
 sumpfit hominem Brent. peric. 2. apol. c. de Euchar.

LXXII.

Non patitur Pomeranus adorari Christum, ne
 ut Deum quidem in Sacramento, ut neq; in hominibus
 habitantem; flexis tamen genibus & cum reuerentia, in
 signum gratiarum actionis, fideles ad illud accedere,
 patitur. Pomeran. aliàs Bugenhag in Psal. 3.

LXXIII.

Dico liberum esse, Christum adorari & inuocari
 sub Sacramento: Neq; enim peccat, qui nō adorat, neq;
 peccat, qui adorat. Luther To. 2. Epist. ad Paulum
 Speratum. Et citatur à V Vestphalo in apol. de cœ-
 na Domini.

LXXIII.

Adoramus Christum Iesum Dominum & Deum
 nostrum, secundum verbum & promissionem præsen-
 tem. V Vestphal. defens. altera contra Lascum. plæ-
 ric; tamen Lutherani vna adoratione Christum, Deum
 & hominem non adorant.

LXXV.

Habent, inquit Calvinus, Apostolorum exem-
 plum, quos non legimus prostratos adorasse, sed ut
 erant discumbentes, accepisse & manducasse: habent
 & usum fidelium in fractione panis, & apostolicam do-
 ctrinam in epistola ad Corinth. Donum pro datore
 colitur, &c. Calvinus contra V Vestphal & alibi; cui
 & Petr. Martyr subscribens ait: Quid turpius est,
 quàm frustulum panis, ac poculum vini, religiosè cole-
 re? Martyr in lib. Iudic. cap. 5.

LXXVI.

Quia Eucharistia constat duabus rebus, terrena &
 cœle-

Clausulis subintelligendis.

cœlesti, adoratio & veneratio non debent dirigi ad elementa terrestria, panem & vinum, (quæ remanent) sed ad Christum Deum & hominem, qui illa actione præsentiam suam, peculiari gratiæ modo, instituit & declarat. Ita Luther contra Louaniens. art. 16. vocat Eucharistiam, Sacramentum venerabile & adorabile, & Chrysost. appellat tremenda mysteria, & tremendum calicem, &c. Kemnitius lib. de cœna Domini. Pluribus sententiam istam suam idem prosequitur, part. 2. aduers. Concil. Trid. nec malè sentit, quod quidem attinet ad adorationem: pugnans in eo contra Illyricum & alios: qui & ipsi idolatriæ Catholicos insimulant.

CAPVT VI. DE
TROPIS ET FIGVRIS

uarijs, excogitatis circa
uerba:

Hoc est Corpus meum.

RECTE CONSTITVITROPVM IN LXXVII.
verbo EST, id est, significat, vel symbolum est, vt sit heterosis. Zuingl. de vera & falsa relig. Et Beza contra Hefhusium.

Tropum alij constituunt in pane LXXVIII.
& vino, quæ subintelligunt, teste Hemmingio in Euchar. Theolog.

Synecdochen esse in verbis, hoc est Corpus me- LXXIX,
um. Schmidel, in disput. Tubing. anni 1564, Corpus
C scilicet

Cap. VI. De Tropis circa uerba Hoc est Corpus meū.
scilicet accipiendum esse pro pane & corpore simul,
partem pro toto.

LXXX.

Metonymiam esse in uocibus corporis & sanguinis, ut accipiantur pro figura corporis & sanguinis, signa pro rebus signatis. Caluin. lib. 4. instit. cap. 17. Zuingl. in 1. Cor. 11.

LXXXI.

Panem symbolicè uocari Corpus, quia symbolum est corporis Christi, ut metonymia in nomine panis, non in uocabulo corporis constituatur. Caluin. in harmonia, & in admonit. ultima contra VVestphal. Idem tamen alibi mauult toti orationi metonymiam admiscere.

LXXXII.

Beza contra Heshusium negat tropum esse in uoce corporis, sed in uerbo, est, metaphoram collocat.

LXXXIII.

Corpus & sanguinem metaphorica esse. Oecol. de Euchar.

LXXXIII.

Qui explicant, hic panis est Corpus meū, synecdochen in subiecto ponunt. Schmidel. ubi supra.

LXXXV.

Qui explicant in, cum, sub pane & uino, metonymiam somniant continentis pro re contenta. Ibid.

LXXXV.

Nullum tropum esse, nec in pane, nec in uino, nec in corpore, nec in sanguine, nec in uerbo, est, Nicol. Hemming. in Enchir. Theolog.

LXXXVII.

Qui uerba Christi, hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus, in tropicum sensum transferunt, necessario coguntur etiam transformare ista uerba, Accipite, comedite, bibite: ut significant, credite, aut spiritualiter percipite, uniamini, fide in cœlum euolate, de substantia carnis meæ haurite, fide apprehendite, manducationem faciam

obsignate. Ita passim

Caluinistæ,

CAP.

CAPVT VII. COM-

PLECTITVR INTERPRETATIO

nes uerborum, HOC EST CORPVS MEVM,

quæ tantum ab altaribus remouent Cor-

pus & sanguinem Christi, quantum

distat cœlum à terra : præter

suprà citatas multas

alias.



HOC EST CORPVS MEVM IN LXXXVIII.

cœlo positum, tam dissitum à pane,

quàm cœlum à terra. Caluin. in Hesh.

& Beza in 1. declamat. Pisiaci ha-

bita.

Hactenus præsentiam corporis & sanguinis po- LXXXIX.
nimus, non quòd nunc sit in terra Christi caro, sed
quòd manens in cœlis, nobis tamen, per fidem, in cœ-
lum usq; euectis, verè per Spiritus sancti omnipotentia
communicetur in vitam æternam. Beza lib. 1. de re Sa-
crament.

In cœna, per fidem, excipi efficaciam quandam XC.
atque vim de cœlo fluentem, de carne Christi sita in
cœlo. Zuinglianos idcirco non rectè sentire, qui
nos tantùm faciunt spiritus Christi, participes, præte-
rita carnis & sanguinis mentione. Caluin. lib. 4. instit.
cap. 17.

Adest Corpus meum spirituali præsentia & par- XC I.
ticipatione. Ibid. & in cap. 4. ad Ephes.

Christū fideles suos in Ecclesia, nō alio cibo & potu XCII.
alere & fouere, q̄ illo ipso vero suo corpore ac sãguine,

C 2

quæ

Cap. VII. Interpretationes uerborum:

quæ pro nobis obtulit in cruce, ita tamen, ut nihil necesse sit illa uel uisibiliter, uel inuisibiliter, corporaliter tamen & ineffabiliter descendere. Spiritualiter enim per fidem, uero corpore & sanguine Domini uerè participant, & Christo uniantur omnes electi. Bulling. tract. de multis mansionibus.

XCIII. In sacra sua cœna iubet me Christus, sub symbolis panis ac uini, Corpus & sanguinem suum sumere, manducare ac bibere, nihil dubito quin & ipse porrigat, & ego recipiam. Sequitur: Ego uerò nego posse comedi absq; fidei gustu, uel si cum Aug. loqui magis placet, nego plus referre homines ex Sacramento, quàm uase fidei colligant, Caluin. lib. 4. instit. cap. 17.

XCIII. Hoc est Corpus meum, id est, hic cibus est testamentum in meo corpore: ita Lucam interpretari ait Beza, cum ait: Hoc poculum est testamentum in sanguine meo, Beza in nouum testamentum.

XCIV. Essentiale Corpus, corpoream ac sensibilem carnem nos edere in Sacramento, negat Zuinglius lib. de uera & falsa Relig.

XCV. Nos, Christi Corpus in cœna edi, & sanguinem eius bibi, nequaquam negamus, illud uerò spiritualiter per fidem fit, Zuingl. & Oecolamp. in actis disput. Bernensis.

XCVI. Christum credimus uerè esse in cœna, imò non credimus uerè esse Domini cœnam, nisi Christus adsit, sed quòd Corpus eius ea dimensione edatur, qua isti dicunt, id uerò est à ueritate & fidei ingenio alienissimum. Zuinglius, ibid.

XCVII. Ex uerbis: Hoc facite in meã cõmemorationem, contendunt etiam uerbis illis: Hoc est Corpus meum, in cœna nihil aliud præcipi, quàm memoriã passionis

HOC EST CORPVS MEVM.

nis animo esse recolendam. Calvinista.

Interest quidem Christus cœna, non tantum diuinitate ac spiritu suo, verum etiam corpore & sanguine, presentia utiq; non reali, corporali & substantiali, sed presentia fidei, quæ facit illa esse presentia, quo ad spiritum & animum credentium, quæ locorum spatium maxime distant. Petr. Martyr dial. de vtraque in Christo natura.

Manducare Corpus Christi, ac eius sanguinem bibere, est verè ac efficaciter credere, illa nostri causa fuisse à Deo in mortem crucis tradita. Ibid.

Hæc tota cœnæ actio symbolum est, non tantum corporis & sanguinis, sed mortis & effusionis, quæ facta est pro vobis. Viret. lib. 7. de Sacram. cap. 9.

EODEM PERTINENTES.

HÆC EST COMMVNIO IN MEO corpore, non iuxta substantiam suam naturalem, sed iuxta meritum passionis meæ & mortis, ac gloriã admirandę resurrectionis. Ioannes à Lasco apud Melancht. in iudicio de cœna Domini.

Hæc est qualitas mei corporis vobis delata, à quibus substantiam accepi. Id. in tract. de Eccles. Sacramentis.

Hic est canalís Spiritus sancti, per quẽ, quicquid est Christus, ad nos descendit. Calvin. libro 4. instit. cap. 17.

Panem Corpus Christi esse intelligo, quia fœdus est in corpore, in eo scilicet vt coalescamus cum Christo in vno corpore. Ibid.

Hæc caro est canalís vitę. Ibid. & in cap. 6. Ioãnis.

1170
XCIX.

XIX

C.

XO

CI.

CII.

CIII.

CIIII.

CV.

CVI.

Cap. VII. Interpretat. uerb. Hoc est Corpus meum.

CVII.

Hæc est protestatio & *μνημόσυρον* meorum beneficiorum. Bucer. in apol. de doct. cœnæ Domini.

CVIII.

Hæc est virtus & gratia spiritualis mea. Calvin. in cap. 26. Matth. super illud, Pauperes semper habebitis. &c.

CIX.

Hic panis est symbolum qualitatis alicuius & virtutis à corpore meo, quæ in cœna per fidem, extra panem, recipitur. Eò recidunt Calvinistæ Catholicis argumentis oppressi. Liber anonymus sub persona veri Catholici editus. 1572.

CX.

Hoc est symbolum promissionis meæ de carne mea. Calvin. in ratione ineundæ concord.

CXI.

Hoc est symbolum, quod testatur nos ab vno eodemq; corpore esse redemptos. Oecolamp. ad Eccles. Sueviæ.

CXII.

Hoc est symbolum sacrum gratiæ & redemptionis meæ, quod post me vobis relinquitur. Bulling. in I. Cor. 10.

CXIII.

Hoc est testimonium & obsignatio corporis pro vobis traditi. Idem in tract. de Eccles. Sacram.

CXIII.

Est obsignatio seu confirmatio gratiæ iam receptæ. Calvin. lib. 4. instit. cap. 14.

CXV.

Hoc est pignus mei corporis: Francisco Stancaro ascribitur, sed est Calvinistarum interpretatio communis.



CA-

CAPVT VIII. COM-

PLECTITVR INTERPRETATIO

nes, quæ Christi Corpus in Sacramento
relinquunt, sed simul &
panem.



ON COGITAMVS ASCENSVM
vel descensum, sed retinemus verba Chri-
sti, hoc est Corpus meum. Luther epist.
ad Heluet.

CXVI

Panem verum esse Corpus Chri-
sti. Heshuf. citante Melanchtone epist.
ad Comitum Palat.

CXVII

Panem esse substantiale Corpus Christi, Bremen-
ses ibidem.

CXVIII

Proferendo panem, dico me proferre Corpus meum
contentum in eo sine illa figura, sicut proferendo bur-
sam, dico hoc esse argentum. VVirtenberg. in colloq.
Mulbrun. & Matth. Illyr. in demonstrat.

CXIX

Tantum demonstro corpus meum, neque signi-
fico panem esse Corpus, aut factum esse Corpus meum.
VVirtenbergenses in colloq. Mulbrun. & Illyr. in
appendice.

CXX

In Eucharistia duabus rebus composita, seor-
sum vna demonstratur, vt in ferro dici potest separa-
tim, hic est ignis, & hoc est ferrum, sine figurata lo-
cutione. Matth. Illyr. in fideli admonit. & in demon-
strat.

CXXI

Virtute verborum Christi panem fieri Corpus,
& calicem fieri sanguinem Christi, recte dici à Patribus.

CXXII

Ioach.

cx xiii. Ioach. VVestphal. lib. recta fides de cœna Domini.
 Corpus vnà cum pane in Eucharistia vniri Sacramentali vnione, cõmunis est Lutheranorum hæresis.

cx xiiii. Suum verum Corpus & verum sanguinem, iuxta modum perfectionis per vnionem hypostaticam acquisitum, discipulis suis cum pane & vino Christus distribuit. Schmidel. in disput. Tubing. anno 64. cap. 46.

cx xv. Veritatem corporis in Eucharistia, Magdeburgici in centurijs suis per singulas ætates ex Patribus probant, ea testimonia omittentes, in quibus expressè Patres panem manere negant.

cx xvi. Hæc est substantia corporis cum gratia energia & efficacia inseparabili, ouis energistæ apud Vnicord. in iudiciũ Melancht.

cx xvii. Hæc est visibilis species panis, Sacramentum inuisibilis corporis. Libel. anonymus sub persona veri Catholici editus, anno 1562. falsò ascribit Magistro sententiarum.

CAP. IX. COMPLETE
 CTITVR AMBIGVAS INTER
 pretationes, quæ tamen Christi Corpus
 essentielle putantur excludere.

cx xviii.



ÆC EST COMMVNICATIO seu participatio corporis, κοινωνία, sicuti Paulus loquitur. Beza contra Hefhusium.

cx xix.

Vocabulum κοινωνία declarandum est. Non dicit mutari naturam panis, vt Pa-

Corporis essentialis Christi.

vt Papistæ dicunt, non dicit, vt Bremenses, panem esse substantiale Corpus Christi, non dicit, vt Heshustus, panem verum esse Corpus Christi, sed esse κοινωνία. Melanct. ad Comit. Palat.

Hæc est participatio corporis mei, si fides adsit. CXXX.
Caluinus, & qui hypothetici vocantur, apud Vnicor-
dium.

Hoc est symbolum, quo vera corporis mei com- CXXXI.
municatio exhibetur fidelibus. Bulling. in 1. Cor. 10.
Caluin. lib. de cœna, & in consensu cum Tigurinis.

Hoc est verissimum Corpus Christi, vt verba so- CXXXII.
nant. Caluin. lib. 4. instit. cap. 17. & in 1. Cor. 11.

Dicimus Christum tam externo symbolo, quàm CXXXIII.
Spiritu suo, ad nos descendere, vt verè substantia car-
nis suæ & sanguinis sui, animas nostras viuificet.
Ibid.

Hic est canalîs corporis mei. Bucer epist. ad Epi- CXXXIII.
scopum Erphord.

Hic panis est signum efficax corporis mei, & par- CXXXV.
ticipationis in eo. Heidelberg. in Conformit.

Verbis menti demonstratur Corpus, sicut panis CXXXVI.
digito sensibus, vt propria & non figurata sit locutio,
& tantum demonstratur Corpus. Illyr. ex Bucero. lib.
de fidei admonit.

Hæc est cõmunicatio passionis & immolationis CXXXVII.
meæ. Carolus Molinæus in annot. ad suam harmon.

Hæc est societas vobis gratuitò delata, vis & vsus
illius in corpore meo. Ioannes Lascius tract. de Ec-
cles. Sacram.

Hæc vnio cum tota persona Christi, vt Corpus CXXXVIII.
significet, quicquid est Christus. Beza. in solut. 17.
contra Illyr.

CAPVT X. COM- PLECTITVR EXTRA-

uagantes & absurdas alias inter-
pretationes.

CXL.



OC EST MYSTICVM CORPVS
meum, seu Ecclesia sanctorum redem-
pta meo corpore. Bulling. in tract. de
Eccles. Sacram. Calvinus in cap. 5. ad
Ephes.

CXLI.

Hæc actio est Corpus meum, id
est, societas siue communionis Sacramentum in cor-
pore meo. Lascius in tract. de sacram.

CXLII.

Hæc est mea humana natura. Zuingl. in expof.
rei Euchar.

CXLIII.

Hæc est diuinitas seu spiritus, qui viuificat. Ibid.

CXLIII.

Hæc est mors & passio mea. Zuingl. lib. 2. de in-
stitut. cœnæ.

CXLV.

Hoc est fidei Corpus, seu fides de me. Ibid.

CXLVI.

Hæc est commemoratio corporis mei. Zuingl. in
respons. ad Confess. Lutheri. Oecolamp. ad Theo-
baldum Bullicanum.

CXLVII.

Hæc est tessera societatis Christianæ. Zuingl. ci-
tante Bucero in epist. ad Episcopum Erphord. & Hei-
delberg. in Conformit.

CXLVIII.

Hoc est signum, quod admonet vos, quomodo
Corpus Christi pro vobis traditum vos viuificet. Oe-
colamp. de dignit. Euchar.

CXLIX.

Hoc admonet vos de corpore Christi edendo
per fidem. Silesiorum Confessio, citata à Luthero in
magna Confess. de Euchar.

CL.

Hic panis est tessera nuda communitatis & nu-
dum

Cap. X. absurda Interpret. uerb. Hoc est Corpus meū.
dum testimonium participati corporis. Svvencckfeld.
vt citant Heidelbergenses in Conformit. cœnæ.

Hæc cœna est tessera & arrabo corporis mei. CLL
Stancarus in Polonia, vt notat Staphyl. de Lutheran.
concordia.

Verba, hoc est Corpus meum, cõcionem esse CLLII
tantum de corpore & sanguine Christi, quod videlicet
sint hoc, quod panis & vinum, id est, cibus & potus.
Schvvencckfeldiani referente Schmidelino in disput.
Tubing. anni. 1564.

In hac cœna, quatenus est cœlestis actio, & non CLLIII
quatenus externa & terrestris, est Corpus meum. Cal-
uin. in Heshusium. Heidelberg. in Conformit. Beza
in apol. ad examen doctrinæ Caluinianæ de cœna.

Hoc est Corpus meum, id est, hic sedet Corpus CLLIII
meū. Carolstad. citate Albero contra Carolstad. part. 2.

Hic festus dies, seu cæremonia ista, est commemo- CLV
ratio seu gratiarum actio pro corpore meo passo. Vr-
ban. Regius in epist. Clingij ad ipsum.

Hoc est Corpus meum, id est, hic panis est cor- CLVI
poralis creatura à me creata. Campanus citante Era-
smo Alber. contra Carolstad. part. 2.

Hoc est Corpus meum, id est, sic vel talis res est CLVII
Corpus meum, nimirum vt cibus. Svvencckfeld. ep. de
dissent. Lutheri & Zuinglij.

Christus Dominus eo tempore cùm diceret, hoc CLVIII
est Corpus meum, non tenuit in manu panem, sed di-
scipuli iam antè comederant. Idem de potu intelligen-
dum. Svvencckfeld. ibid.

Hoc est Corpus meū, id est, hic meus est panis. A- CLIX
nabaptistæ citante VVestph. lib. recta fides de cœna.

Hoc est verbum meum, cui credatis. Ministri

Cap. XI. De *A*duerbijs Vere,

Antuerpienses in lib. de ruina Romanæ Ecclesiæ.

CLXI. Verba hæc, pro vobis: Item, effunditur in remissionem peccatorum, potissima sunt huius Sacramenti pars, & ceu caput, quibus qui credit, ille omnia ea consequitur, quæ promittunt, nempe remissionem peccatorum. Luther. in minori Catechis.

CLXII. Hæc est cœnæ instituta forma, ceremonia, ipsaq; externa actio. Lascius in tract. de Eccles. Sacramentis.

CLXIII. Hæc est visibilis extremæ voluntatis meæ contestatio. Ibidem.

CLXIII. Hoc est Corpus meum post communem cœnam administrandum, veste nihil mutata, super mensam, pane communi, eoq; fracto, sedentibus, qui communicant, & accipientib. in manus. Id postulare institutionem Christi, & Paulum præcipere, illis verbis: Accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Bernard. Ochinus de cœna Domini contra VVestphal. Calvinus tamen in 26. Matth. apud Marlorat. negat Christum exemplo suo præscribere voluisse, vt post cœnam sumeretur.

CAP. XI. COMPLE-
CTITVR ADVERBIA, VERE, SVB-
stantialiter, Corporaliter, Realiter &c. Præpo-
sitiones, in, sub, cum, Adiectiuum,
præsens.

CLXV.



DE COENA DOMINI DOCENT
(Protestantes) quòd Corpus & san-
guis Domini verè adsint & distribu-
antur vescentibus in cœna Domini, &
improbant secus docentes. Ex proto-
typo

Realiter, Substantialiter, &c.

typo August. Confess. Carolo Casari oblata, art. 10.

De cœna Domini docent, quòd cum pane & vino verè exhibeantur Corpus & sanguis Christi, vescentib. in cœna Domini. Ex eadem Confess. variata impressionib. anni. 31. & 40.

CLXVI

Corpus Christi verè & substantialiter esse in cœna. Philip. in apol. eiusdem Confess.

CLXVII.

Christi Corpus & sanguinem substantialiter & corporaliter in pane Eucharistiæ perfici, nullo biblicæ scripturæ testimonio euinci & demonstrari potest. Oecolampad. in disputat. Bernensi. Et repetitur tract. 2. Tigurinae Confess.

CLXVIII.

Non arbitror audiendos esse, qui dicere audent: Ego semper firmè credidi, me essentialiter Corpus, aut corporeã ac sensibilem carnẽ Christi in hoc Sacramento edere. Zuingl. de Euchar.

CLXIX.

Arguunt Calvinistæ Lutheranos, quòd ad Confess. Augustanam aduerbium, substantialiter, adiecerint: Contrà verò Schnepsius, similem causam esse Lutheranis, de aduerbio substãtialiter, cum Zuinglianis, qualis olim de homoufio cum Arrianis. Erhardus Schnepsius de Euchar.

CLXX.

Non statui eo ipso loco, realiter & substantialiter Corpus & sanguinem, vbi cœna administratur: ipsissimum tamen Christum rem esse, siue materiam & substantiam Sacramenti. Beza de omnipræs. carnis contra Brentium.

CLXXI.

Non dubitamus nos, qui in terris sumus, tam verè ac re ipsa participes esse carnis manentis in cœlo, quàm ipsorum Sacramentorum. Idem. lib. 2. de re Sacramentaria.

CLXXII.

Realiter in cœna dari nobis Corpus Christi. Idem in 1. Cor. 11.

CLXXIII.

Ca. XI. De *Aduerbis Vere, Realiter, Substantialiter, &c.*

CLXXIII. Omnipotentiae Dei tribuendum, quod in caelo constitutus, seipsum nobis Christus substantialiter communicet, & pascat animas nostras carnis suae substantia. Caluin. lib. 4. instit. cap. 17.

CLXXV. Credimus in usu coenae Dominae, verè, reipsa, substantialiter, seu in ipsa substantia verum Corpus & sanguinem Christi spirituali & ineffabili modo exhiberi & sumi à fidelibus comunicantibus. Beza in confes. Pisiacum missa 1561. 25. Sept.

CLXXVI. Petrus Martyr. seorsim ab illo; Respondeo pro mea parte corporis Christi non esse verè & substantialiter alibi quàm in caelo; non tamen inficior Christi Corpus & sanguinem illius verum, quæ pro salute humana tradita sunt in cruce, fide ac spiritualiter percipi à fidelibus in sacra coena. Ibid.

CLXXVII. Ego quamuis substantia carnis animas nostras verè pasci fatear, substantialem tamen praesentiam repudio. Caluin. in 2. defens. contra VVestphal.

CLXXVIII. Dico in coenae mysterio, per symbola panis & vini, Christum verè nobis exhiberi, adeoq; Corpus & sanguinem eius, in quibus omnem obedientiam pro comparanda nobis iustitia adimplevit, quo scilicet primùm in vnum Corpus coalescamus cum ipso; deinde participes substantiae eius facti, in honorum omnium communicatione virtutem quoq; sentiamus. Ibidem Caluin. lib. 4. instit. cap. 17.

CLXXIX. Christum substantialiter adesse & praesentem esse coenae, ipsi scilicet actioni, non elementis. Ioannes à Lasco contra VVestphal.

CLXXX. Christi Corpus in coena sua verè à fidelibus & substantialiter atq; essentialiter manducatur, & sanguis illius verè bibitur per viam fidem. Svvencckfeld. epist. de dif-

Et præpositionibus in, sub, cum, &c.

de dissent. Lutheri & Zuinglij. Intelligit autem Corpus & sanguinem, deificata seu in Deū transformata.

Christum Deum & hominem in diuina & humana natura in actione cœnæ Dominicæ verè & substantialiter præsentem nemo negat. Kemnit. 2. part. exam. in Concil. Trid. in dubio autem relinquit, an per modum vbiuitatis. CLXXXI.

Formari à multis in mutis atq; egenis elementis localem delitescentiam siue inclusionem; hoc est Corpus meum, id est, localiter in pane delitescit siue includitur. Ioannes à Lasco contra V Vestphal. CLXXXII.

In cœna Domini contineri Corpus & sanguinem Christi verè, realiter, substantialiter, addo etiam corporaliter, non quidem corporali & visibili modo, sed, sicut Paulus videtur, *σωματικῶς*, vt opponitur obumbrationi. Brentius peric. 2. apol. CLXXXIII.

In, sub, cum, realiter & essentialiter, ore etiam & manibus Corpus & sanguinem corporaliter sumi. Reprehenduntur à Beza de omnipræs. carnis. CLXXXIII.

Corpus Christi in pane, cum pane, sub pane distribui. Cur in Sacramentali hac vnione, inquit Schmidel, explicanda non liceret nobis dicere, cum pane, in pane, sub pane esse Corpus Christi, cum ipse Christus dixerit, hoc est Corpus meum; Schmidel. in disput. Tubing. anni 64. cap. 66. CLXXXV.

Cum in Confessione Augustana Lascius admittit, sed vt referatur non ad præsentiam corporis, sed ad tempus actionis. Ioannes à Lasco contra V Vestphal. CLXXXVI.

Hoc est Corpus meū, personaliter, nō definitiuè. Schmidel. in disput. Tubing. anni. 64. negat Christum præsentē in Euchar. definitiuè: Possit, inquit, hoc modo præ-

Cap. XII. De incerto sensu uerborum Christi
præsens esse, si uellet: Vult personaliter præsentem
esse tantum. cap. 51. & 52.

CLXXXVIII. **Contra Lutherus:** Hoc est Corpus meum, non loca-
liter, sicut stramen in sacco, aut uinum in dolio, sed defini-
tione, certo & corporaliter. Luther. in Confess. minori.

CLXXXIX. **Ita dico de corpore Christi,** illud non esse præ-
sens corporibus nostris, præsens autem esse mentibus.
Hieronymus Zanchus in miscel.

CAPVT XII. COM- PLECTITVR ACADEMICAM

conclusionem ex hæcenus commemoratis scriptoribus,
significans, certum sensum uerborum Christi:

HOC EST CORPVS MEVM,
nullum haberi.

CXC.



ALVIN. INSTIT. LIB. 4. CAP. 17.
De modo quaestio est, quia Christum
(Lutherani) ipsi in pane locant: nobis
autem non ducimus fas esse eum de cœ-
lo detrahere.

CXCI.

Melanchton episc. ad Comit. Pa-
lat. fatetur sibi arridere sententiam eorum, qui nouam
academiam hoc loco inducunt, consulitque, ne de uerbo-
rum Christi proprietate, tanquam de fidei articulo, si-
mus solliciti vel contentiosi, cuique liberam expositionem,
dummodo publica contentio uitetur, relinquentes.

CXCI.

Pomeranus in libello, quem suam, de Sacramen-
to corporis & sanguinis Christi, sententiam inscripsit,
dicit se credere, neminem posse modum hunc scire,
neque aliquem debere esse sollicitum, ut sciat quomodo
Chri-

HOC EST CORPVS MEVM.

Christus sit in Sacramento, quando ex verbo Christi hoc non intelligatur. Citatur locus à Bucero in Sophoniam.

Confessio Tigurina in epilogo, comparat suam aduersùs Lutheranos contentionem cum dissensione Pauli & Barnabæ, non obstante, quòd Lutherus eiusq; sequaces eos pro hæreticis habeant & anathematizent. Luther. in peculiari scripto contra Zuingl. ante mortem edito. CXCIIL

Ioannes à Lasco contra VVestphal. Controuersiam de cœna Domini minorem sibi semper visam fuisse, quàm vt huius nomine Ecclesiæ Euangelium Christi profitentes scindi, aliq; ab alijs iudicari debeant. Vnde etiam Confess. Tigurina autore Bulling. recens edita, solis vbiquitarijs non esse oblatam à Zuinglianis fraternitatem iactat. CXCIIL

Kemnitius contra Concil. Trident. concedens præsentiam Christi in Eucharistia, de modo non vult quicquam à Concilio definiri, sed cuiq; liberam relinquit suam sententiam. CXCV.

Nihil interest, siue sit Corpus, siue non sit. Nam non est articulus fidei, nec de eo est digladiandum. Citatur à Luth. in Confess. Euchar. CXCVI.

Syvenckfeld. in Dominicâ 2. post Trinitatis. Neminem, vt aliter credat, quàm velit, quia fides persuaderi debeat, non cogi. Est hæc quasi generalis gnome hodie sectarijs omnibus, cum in omnibus alijs, tum vel maximè in articulo de Eucharistia. CXCVII.

In hoc tamen plariq; conueniunt, quòd vbiquitatem humanæ in Christo naturæ aduersùs Schmidelinum & Brentium fortiter damnant: quam Philip. Melancht. vocat portentosum dogma, ignotū eruditæ CXCVIII.

Cap. XII. De incerto sensu uerborum Christi,

vetustati, epist. ad Comit. Palat. Calvinus lib. 4. in sit. cap. 4. tolerabiliorem esse censet Papistarum de transubstantiatione opinionem, quam sit Ubiquitarianum opinio. Georg. Maior similiter in concionibus suis subinde, Beza contra Brentium, Henricus Bullinger contra Schmidelinum, Petrus Martyr, de vtraque in Christo natura, &c. VVittenberg. in suo Grundfest.

EX CIX. In Confess. Tigur. Lutheri verba citantur, de Zuinglianis. Sie haben ein eingeteuffelt/ oberteuffelt vnd durchteuffelt lästerliches Herz: & cū execratione Zuinglianismi dicitur mortuus. Idem tamen epist. ad Argentinens. ita scribit: Hoc diffiteri nec possum, nec volo, si Carolstadius, aut alius quispiam, ante quinquennium mihi persuadere potuisset, in Sacramento præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinctum reddidisset, &c. cū probè nossem, hac re Papatui cum primis me valde incommodare posse. Ex quibus verbis satis intelligi datur, nec ipsum æquè constantem in sua de pane & corpore opinione semper fuisse.

COROLLARIUM.

ESTA SECTARVM PUGNANTIA, inquit Lutherus, loquens de discordia orta inter Sacramentarios super interpretatione uerborum Christi, hoc est Corpus meum, signum est, Sathanæ esse, quod docent, eò quòd spiritus Dei, non sit dissensionis Deus, sed pacis. Luther. epist. ad Michaëlem Stifel. Quod Luther. de Sacramentarijs, id nos sentire æquum est de sectarijs omnibus, quorum hæreses, contradictiones, & sacrilegas uocum nouitates

HOC EST CORPVS MEVM.

tates ad 200. circiter recensuimus. Caeteratam à Sa-
thana conscientiam habeant est necesse, qui in medio so-
le caligantes verba Christi, hoc est Corpus meum, in tam
varias interpretationes mundo antea inauditas &
nouas trahentes, non intelligunt. Mi-
sereatur errantium
Deus.

Laus Deo, virginiq; matri.



INGOLSTADII
EXCVDEBAT ALEXAN-
DER VVEISSENHORN CVM CO-
HAEREDIBVS SVIS.

M, D, LXXVII.


1037580


HOC EST CORPUS MEUM
quod pro vobis deditur
in remissionem peccatorum
omnium vestrorum
facite hoc in commemorem
mei


Sanctus virginis marie
quod pro vobis deditur
in remissionem peccatorum
omnium vestrorum
facite hoc in commemorem
mei




INGOLSTADT
EXCVDENT ALEXAN
DER VYBERRINGER CANCO
M DCCCII









2306-2311

